



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TT·FF·ET C
DE VSVRIS.

QVAS DEO BENE IUVANTE, PRAE-
SIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISS. VIRIS D.
Iohannē Michaëlis Cronenburger, & D.Iohanne Hol-
landt SS.LL.Licent. Dictatore & Fisco, in florentissi-
mo inclytæ Colonienfis Academiae iuridicæ
facultatis Collegio, publicè
defendet.

*Anno salutis CI·I·LXXXII.
die XXVII. Februarij.*

ERASMVS Lidtmass.



COLONIAE AGRIPPINAE Hhh
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO.

Quia ad principales petitiones, de quibus haecenus dictum est, interdum aliquid accedit, reliquum est, ut de ijs accessionibus agamus & primò quidem de usuris, quae scilicet ex pecunia proueniunt.

Gloss. in rubri.

THESIS I.

Vsuræ accipitur pro eo, quod præter sortem accedit, (a) in mutuo (b) & hac iure canonico ferè prohibita est. (c)

(a) tot. tit. ff. & C. de usur. l. si tibi decem in princ. ff. de pact. l. rogasti §. si tibi ff. si certū petat. c. plerique 14. q. 3. de usur. (b) Bald. ad rubr. in prin. C. de usur. c. nauiganti, c. consu- luit. vbi Panor. num. 6. eod. tit. Molinæ. in tract. de usur. in princ. (c) tot. tit. ext. de usur. in 6.

II.

Huius usuræ tres sunt species; lucratoria, compensatoria, & punitoria. (a) Lucratoria quia offendit dilectionem & charitatem proximi, (b) omni iure prohibita est (c) reliquas verò species interdictas esse dici non potest: cum altera præstetur ratione interesse, altera propter pœnam ex mora prouenientem. (d)

(a) Molinæ in tract. de usur. (b) Dd. in authen. ad hæc C. h. tit. Innoc. ad rubr. ext. eod. (c) l. improbum C. ex quib. caus. infam. Plutar. in lib. de non fœner. (d) tot. tit. ff. & C. de usur. l. stipulatio §. alteri de verb. obl.

III.

Debentur autem usuræ vel ex conuentione, interueniente scilicet pacto aut stipula- tione; (a) vel ex mora. sed pactum nudū in stricti iuris iudicijs actionem non producit (b) repetitionem autem soluti (c) sicuti & pignoris in hanc causam accepti (d) impedit.

(a) l. i. C. h. t. (b) l. quamuis C. h. t. l. iuris gentium ff. de pact. (c) d. l. quamuis C. h. t. l. 26. in prin. de condict. indeb. l. §. de solut. argum. l. fideiussor de fideiussoribus (d) l. per reten- tionem. Item l. pignoris C. h. t. l. solutum §. in sortem l. 8. in fin. de pig. act. l. grege in fi. de pign.

IIII.

Itaque in stricti iuris actionibus citra viuculum stipulationis peti usuræ non possunt, (a) nisi lite contestata. (b)

(a) l. quamuis 3. C. h. t. l. Titius 24. de præscriptis verbis, (b) l. videamus §. si actionem ff. h. t. vide Costal. in l. cum fundus ff. si cert. pet. l. vulgo 2. & ibi Dd. h. t. l. lite contestata cod.

V.

In bonæ fidei contractibus, non solū ex pacto incontinenti adiecto datur actio (a) sed etiam ex mora. (b)

(a) dl.

(a) d. l. videamus §. ex locato h. tit. l. Lucius Titius, l. publica, depof. l. 7. §. quinimo de pact. (b) l. mora §. in bonæ & l. videamus h. t. Gloss. in §. act. onum Inst. de act. l. in initio de pact. inter empt. & vend. l. cum quidam §. ex locato l. Paulus h. t. l. bonæ fidei C. cod. l. 2. C. depof.

VI.

Mora fieri dicitur, si quis interpellatus opportuno loco non soluerit (a) sufficit q̄ hanc interpellationem semel (b) & extra iudicium factam esse. (c)

(a) l. mora h. t. l. ratio §. si per venditorem de act. empti & ibi gloss. & hæc interpellatio fit etiam per diei appositæ lapsum. vide l. si fundus de verb. obl. l. magnam C. de contrah. stipul. l. pecuniæ h. t. (b) l. quod te de reb. cred. l. Titia 87. §. 1. de leg. 2. (c) l. qui uxori & l. denunciaffe de adult. Gloss. in l. qui Romæ in prin. de verb. oblig. item gloss. in l. vinum si cert. pet.

VII.

Qui eo modo in mora inuenitur ad vsuras tenetur, veluti appellans frustratorie, (a) conductor ex mora soluens, (b) creditor pignus pluris vendens, (c) offerens partem debiti, (d) socius inuadens res communes (e) fiscus in locum priuati succedens. (f)

(a) l. tutor 41. in princ. h. t. l. negotiorum de appellat. l. si tutor de ritu nuptiar. argum. l. nemo de reg. iur. (b) l. 17. §. 4. h. t. (c) l. in eum. 40. h. t. quamuis §. fin. de pig. act. & l. seq. (d) l. tutor 41. in prin. l. exhibitus ad exhibend. (e) l. 1. §. 1. l. socium ff. pro socio (f) l. cum quidam 17. §. 5. h. t.

VIII.

Contra non præstantur vsuræ à fideicommissario auri & argenti relictæ ex mora, nisi illud in pecuniam ab eo redigendum fuerit, (a) fisco, (b) gestore negot. de pecunijs otiosis (c) redemptoribus nisi fraude agant. (d)

(a) l. 3. §. 4. ff. h. t. (b) l. 17. §. 5. h. t. nisi succedat in locum priuati (c) l. 13. §. 1. nisi dominus solitus sit fœnerare (d) l. cum quidam 17. §. 7. l. videamus §. 1. h. t.

IX.

Is qui solutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non fecisse moram videtur: (a) Quemadmodum nec ille qui soluere cum vellet, non potuit, propter impedimentum in creditore. (b)

(a) l. si quis solutioni in prin. h. t. l. qui sine dolo de reg. iur. l. 3. §. si paratus ff. quod vi aut clam. (b) l. cum quidam §. si pupillo ff. h. t. l. pecuniæ cod. l. 1. in fin. C. de annal. excep. l. arbiter §. calendis de arb. mora autem semel commissa debitor non excusatur propter impedimentum l. cuictis 18. h. t.

X.

Cum ex his pateat vsuræ deberi, vel ex conuentione vel ex mora, queri non inepte potest, an ex longa præstatione etiam nascatur vsurarum obligatio? nasci dico, modo causa præcesserit, (a) aliàs non. (b)

(a) l. cum de in rem verso h. t. vide Bart. & Gloss. hic & in l. solent de officio proconf. Panor. in c. vlt. de caus. poss. & propri. (b) l. creditor C. de vsur. l. vlt. C. ne vxor pro marito l. si certis annis, C. de pact. l. operis 31. de ope. liber.

Circa

XI.

Circa usuras porro certa quantitas, que nihil aliud est quam moderatio & taxatio earum in lege propter communem necessitatem (a) determinata, observatur, (b) & hæc pro qualitate personarum consideratur.

(a) Nouell. l. con. 83. (b) l. eos, C. h. t.

XII.

Illustris persona siue eam precedens, orientales usuras exercere, id est tertiam partem centesima singulis mensibus, vel 4. de centum annuatim sumere potest: (a) mercatoribus vero vel negotiatoribus duplicata videlicet bestales conceduntur, (b) 8. scilicet de centum.

(a) d. l. eos §. 2. verb. ideoque illustribus C. h. t. arg. l. nobiles C. de commer. & mercatoribus, cum enim illis negotiationes sint inhibita etiam fœnus moderari debet (b) d. l. eos §. 2. verb. illos vero.

XIII.

Reliquis hominibus semissem, hoc est, dimidiam centesima stipulari permissum est, (a) que usura quolibet anno sex in centum reddit, & hæc quantitas usurarum indistinctè etiam in usuris ex mora observari debet. (b)

(a) d. l. eos verb. ceteros autem C. h. t. l. fin. C. de usur. fiscal. lib. 10. (b) l. placuit, l. usuras l. pecunia h. t. d. l. eos l. cum allegas l. constitutionib. C. h. t. l. 3. §. fin. de an. leg. l. omnes de except. l. 11. §. 3. de pig. act.

XIV.

Si quid igitur ultra hunc modum promittitur, illicitum est, (a) & iure exigi non potest, an autem eiusmodi pactum illicitum, principalem contractum de sorte per se licitum viciet queritur? ipsum pactum vitiari (b) quidem, non autem vitiare (c) respondeo, cum vtile per inutile non vitiatur. (d)

(a) d. l. eos & l. constitutionibus C. h. t. (b) l. usuras C. h. t. l. pecunia ff. cod. vbi Mollina (c) vide Bald. in l. si pater familias l. ff. de adopt. nu. 1. Iason in auth. ingressi num. 40. cum seq. C. de sacros. eccles. text. in l. si quis ita, §. Chrysogonus ff. de verb. obl. & ibi Bart. facit text. in l. fin. de const. pecun. Gloss. in c. significantibus in verb. per formam de offic. iud. del. (d) in primis cum vtile ab inutili separari queat c. vtile ext. de reg. iur. in 6. & ibi Din. arg. l. sancimus. C. de donationib.

XV.

Præterea quod ex eiusmodi pactis solutum est, aut sortem minuit, (a) aut vt indebitum condicitur, (b) puta si ante sortem datam solutum sit, vt in sortem cedere non possit.

(a) l. eos §. si quis autem C. h. t. l. si non sortem in princ. de condict. indeb. fac. l. placuit h. t. l. creditor §. fin. de solut. (b) l. indebitas C. h. t. vide d. l. si non sortem & ibi gloss.

XVI.

Usura etiam usurarum exigi non possunt, sicut nec fructus fructuum, (a) aded vt etiam si

amfi vsura in sortem conuersa sint, non liceat eas stipulari. (b)

(a) l. vt nullo C. h. t. l. placuit l. neque eorum ff. eod. d. l. si non sortem §. 2. de condict. indeb. l. sancimus, C. de vsur. rei iudicatae l. improbum C. ex quib. caus. infam. quia non est accessio accessionis, Glos. in d. l. neque eorum (b) d. l. vt nullo, §. 2.

XVII.

In quibusdam tamen contractibus non solum legitimas vsuras sed etiam centesimas (a) stipulari quis potest, vt in pecunia traiectitia qua vsura proprie dicitur foenus nauticum. (b)

(a) l. cos §. in traiectitijs, C. h. t. l. 7. cod. Nouell. 106. nou. 10. inhihetur autem in c. fin. in princ. ext. de vsur. in 6. (b) quia ratione nauigationis permittitur.

XVIII.

Et quamuis vsura non nisi ex solemnibus stipulationibus debeantur, (a) tamen hic propter periculi susceptionem etiam ex sola conuentione & nudo pacto quemadmodum per stipulationem peti possunt. (b)

(a) l. 3. C. de vsur. l. vsurae ff. eod. & l. Titius de praescriptis verb. (b) l. in quibusdam ff. h. t. l. periculi in fin. eod.

XIX.

Centesima etiam in fructibus locum habent, (a) quae & a differentibus solutionem post condemnationem (b) utemq; ab administratore pecuniam alienam in proprios vsus conuertente, (c) petuntur.

(a) d. l. cos, §. 1. verb. in traiectitijs, (b) l. 1. 2. 3. C. de vsur. rei iudicat. (c) l. qui sine §. sed quas vsuras de negot. gest. l. 7. §. quae autem. de administ. tut. l. 1. C. de vsur. pupill.

XX.

Videamus nunc quibus modis vsurarum cursus impediatur, primo perimitur a die quo pecunia soluta est, (a) & quo redditus pecuniam exequauerit, (b) adeo vt si postea quid soluatur, vel condictione repetatur, vel in sortem imputetur. (c)

(a) l. tutor 41. §. 1. h. t. (b) l. de vsuris in fin. l. vsurae C. h. t. l. si non sortem de condict. indeb. Nouell. 121. cap. 2. (c) d. l. de vsuris in fin.

XXI.

Tollitur etiam praescriptione 30. vel 40. ann. (a) nouatione, (b) acceptilatione, (c) compensatione, (d) & alijs pecuniae dissoluenda modis. (e)

(a) l. 26. in princ. C. h. tit. l. si quis §. fin. C. de praescript. 30. annor. (b) l. nouatione in fin. l. emptor de nouat. (c) §. 1. Inst. quibus modis obligatio tollitur. (d) l. cum alter cum l. seq. de compensat. l. 4. & 5. C. eod. (e) d. l. cos, C. h. t.

XXII.

Praterea solenni aut simplici (a) debiti oblatione, solenni si debitor oblatam sortem

cum

cum vsuris presentibus testibus consignet & in loco publico deponat. (b)

(a) l. qui decem 72. §. 3. in fin. l. creditor de solut. (b) l. si creditor, l. si per te l. acceptam C. h. t. l. 7. ff. cod. l. tutor in princ. de administrat. tut. l. ait prator 7. §. 2. de minorib. l. 9. C. de solut.

XXIII.

Sciendum quoque vsuras interdum pro parte cessare, si enim quis ad vsuras maiores obligatus est & longo tempore minores prestitit, postea maiorum vsurarum nomine conuentus, vtilem pacti habet exceptionem.

l. aduersus, l. quamuis C. h. t. l. qui in semisses in prin. ff. cod.

COROLLARIA.

I.

DE sorte lata sententia, in bona fidei contractibus de vsuris amplius agi nequit: (a) secus in stricti iuris iudicijs vbi propria actione peti fructus possunt. (b)

(a) l. 4. C. de pos. l. vlt. de eo quod certo loco. l. in bona fidei, C. h. t. l. per collusionem, & ibi Costal. de act. empti, l. iudex 55. de re iud. l. 1. §. 2. h. t. (b) l. 1. C. de iudic. l. fundi de except. l. ex diuerso. §. vbi de rei vend. gloss. in §. actionum in ver. bona fidei Inst. de act.

II.

Cum vsurarij contractus iure canonum & posteriorum Imp. constitutionibus prohibiti sint (a) emptio reddituum tanquam purus & inculpatus contractus, equitati maxime consentaneus (b) debitori minimè molestus, (c) quo precium perpetuò transit in creditorem approbata est, (d) dummodo constitut. moderatio seruetur, vt scil. vltra quinque in singula centena non recipiantur. (e)

(a) const. Caroli V. de foenerat. contractib. §. penult. in August. comitijs promulgata ann. 48. (b) c. 1. §. nos igitur de empt. & vend. in extrauag. com. (c) cum habeat recomptionem d. const. Car. §. penul. l. 2. C. pact. inter empt. & vend. (d) Nou. 169. Carol. V. d. §. penul. vide Gail lib. 2. pract. obs. §. 5. & 6. Dida. Couar. 3. var. resolut. 9. & 10. (e) Carol. V. d. §. penul. text. in authen. de non alien. aut permut. reb. eccles. §. quia vero verif. si vero alicuius, & ibi gloss. in verb. computari. late Did. Couar. d. lib. 3. cap. 9.

III.

Hic quoad futuros redditus prescriptio locum non habet, tot enim sunt prescriptiones quos anni, (a) quoad prateritos verò exceptio prescriptionis obijci potest. (b)

(a) l. cum

(a) l. cum notissimi, §. in ijs etiam C. de præscript. 30. vel 40. annor. glo. & Dd. communiter ibid e olim causam ext. de censib. vbi communiter Canonist. Casti. Iaf. & Dd. in l. cum quid si cert. petat. l. l. §. ad hæc C. de anna. præscrip (b) d. l. cum notissimi in fin. & de c. olim causam 20. de censib.

DE PRÆSCRIPTIO
III.

Emptio reddituum ad vitam an subsistat, dubitari potest? subsistere concludo.
Innoc. Panor. & communiter Canonist. in c. ciuitate de vsur. Bald. in l. si pater puella in fin. C. de inoffic. testam. Guliel. Bont. in tract. de vsur. num. 63.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
EX TT·FF·ET C
DE VSVRIS.

CVAS DEO BENE IVVANTE, PRAE-
SIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISS. VIRIS D.
Iohannē Michaëlis Cronenburger, & D.Iohanne Hol-
landt SS.LL.Licent. Dictatore & Fisco, in florentissi-
mo inclytæ Colonienfis Academiae iuridicæ
facultatis Collegio, publicè
defendet.

*Anno salutis CIJ. IJ. LXXXII.
die XXVII. Februarij.*

ERASMVS Lidtmass.



COLONIAE AGRIPPINAE Hhh
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



54

